

R. P. MATTHÆI
BVRATTI
BONONIENSIS,
SACRÆ ROTÆ ROMANÆ
AUDITORIS,
DECISIONES,

CVM ANNOTATIONIBVS ERVDITISSIMIS
D. IOAN. FRANCISCI FERENTILLII
Interamniatis, I. V. D. in Romana Curia Advocati.

Argumentis, Summariis, atque Indice locupletissimo adornata.
LONGE ELEGANTIORIBVS QVAM ANTEHAC TYPIS EDITÆ.
TOMVS PRIMVS.



LUGDVNI,
Sumptib. IOANNIS-ANTONII HVGRETAN,
& MARCI-ANTONII RAVAVD.

M. DC. LX.
CVM PERMISSV SUPERIORVM.





EXCELLENTISSIMO ET ILLUSTRISSIMO PRÆSVLI,

D. FRANCISCO

DE ROXAS,

ARCHIEPISCOPO

TARRACONENSI,

A CONSILIO STATVS

REGIS HISPANIARVM.



MISIT è cœlo Deus Optimus Maximus in animos mortalium immortalis Sapientiæ & Iustitiæ suæ radios; Notitias nempe Legum & Virtutum panspermiam: huius vnus ergo, vt animi nostri, radiis aternæ lucis illustrati, imagines & velut specula essent Mentis Diuinæ; quæ Summum Conditorem, & maxima in eo bona Sapienciam & Iustitiam nobis patefacerent; atque ita quotquot sumus homines, ipsi Creatori & Archetypo conformes facti, affectus nostros, consilia, studia, & conatus omnes, ad Dei sapientis & iusti normam dirigeremus: Sed miseræ mortalitatis vitio tantæ dotes obtenebratæ sunt: & nisi subinde suscitaret Deus Viros Magnos, sibi amicos, qui aberrantes in Iustitiæ tramitem redu-



DECISIONES SACRÆ ROTÆ ROMANÆ

Coram R. P. D. bon. mem.

MATTHÆO BURATTO

224 223 222 221 220 219 218 217 216 215 214 213 212 211 210 209 208 207 206 205 204 203 202 201 200 199 198 197 196 195 194 193 192 191 190 189 188 187 186 185 184 183 182 181 180 179 178 177 176 175 174 173 172 171 170 169 168 167 166 165 164 163 162 161 160 159 158 157 156 155 154 153 152 151 150 149 148 147 146 145 144 143 142 141 140 139 138 137 136 135 134 133 132 131 130 129 128 127 126 125 124 123 122 121 120 119 118 117 116 115 114 113 112 111 110 109 108 107 106 105 104 103 102 101 100 99 98 97 96 95 94 93 92 91 90 89 88 87 86 85 84 83 82 81 80 79 78 77 76 75 74 73 72 71 70 69 68 67 66 65 64 63 62 61 60 59 58 57 56 55 54 53 52 51 50 49 48 47 46 45 44 43 42 41 40 39 38 37 36 35 34 33 32 31 30 29 28 27 26 25 24 23 22 21 20 19 18 17 16 15 14 13 12 11 10 9 8 7 6 5 4 3 2 1

Auriacen. Juris nominandi.

Veneris 10. Maij 1615.

ARGUMENTVM.

Jurispatronatus titulus non probatur, nisi constet de fundatione, vel dotatione: quæ non resultant ex sola testatoris assertione. Nec constituitur dos ex legato simplicis administrationis honorum. Quia requiritur domini translatio in perpetuum.

SUMMARYM.

1. Jurispatronatus probatur ex fundatione, vel dotatione.
2. Jurispatronatus non probatur ex testatoris assertione, licet auriacæ.
3. Assertio testatoris nihil operatur circa ea, quæ non sunt in eius potestate.
4. Dotatio requirit donationem, & traditionem, ac domini translationem in Ecclesiis perpetuam.
5. Jurispatronatus acquisitioni Ordinarij assensus accedere debet. & num. 23.
Et potest intervenire ante, vel post creationem quoadcunque, num. 25.
Et sufficit etiam tacite, num. 26.
6. Presentatus debet perpetuo in beneficio remanere.
7. Admonitio in capellanis, quæ non est beneficium Ecclesiasticum, competit etiam laicis, & familiaribus.
8. Præbenda temporalis non annexa rei spirituali potest per laicum retineri.
9. Ultimus status attenditur in beneficiis, præsertim pro Ordinariis.
10. Referenti non statit, non consilio de rebus.
11. Eius non iudicatur ex enunciatione antiquæ non geminationis.
12. Illud non probatur per famam, non convenientibus admodum.
13. Jurispatronatus acquiritur etiam datione territorij ad Ecclesiam fundandam.

Tom. I.

14. Jurispatronatus ex fundatione, dotatione, vel fidei collatione acquiritur, absque alia reservatione.
15. Jurispatronatus Regularis acquiritur non potest, absque privilegio Apostolico in limine fundationis.
Etiam si Ecclesiæ sit Contentualis habitus, non alia, num. 16. Intellige, ut num. 17.
18. Privilegium Apostolicum præsumitur intervenisse ex cursu temporis, & obfirmantia, etiam quod renunciatum constet. Nisi ex fundatione appareat, Episcopi, vel aliterius Prælati Papa inseruisse consensum, nisi sit, num. 19.
20. Auctoritas, vel factio non potest, neque tam ab Episcopi potestati eximere.
Limita ut num. 21. & 22.
24. Beneficium non dicitur, antequam Ordinarij assensus accedat.

DECISIO I.



ORDINARIUS Auriacensis 25. Aprilis 1610. contulit Petro Perogrino Tondato perpetuam cappellaniam Sancti Blasij, & Maximi, in Parochiali Sancti Michaelis loci Cadecossæ, ut vacantem per resignationem in eius manibus factam, ad Arnaldo Faillato. Cumque Andreas Bellonus, nominato prius Presbytero ad celebrandas missas in dicta Ecclesia, vigore testamenti quondam Andree Faillati cuiuslibet 8. Nouembrii 1489. petierit eam Episcopo in viam prædicti testamenti exhiberi, se manureri in quasi possessione nominandi, & collationem factam Tondato cassari; & Episcopus decreverit, rationes Belloni ostendi Aduocato Mense Episcopalis, attenta ipsius, & prædecessorum possessione considerandi hanc cappellaniam sub dicto titulo, & citati Tondatum: qui incontinenti appellavit, causaque eorum me intrudenda, proposita dubiam. An constaret de iurispatronatus, seu alio iure nominandi presbyterum, in casu, & ad effectum, de quo agitur; & Domini negotio resoluertur. A

Nam respectu iurispatronatus, non probatur aliquis titulus fundationis, vel dotationis; B; iuxta Sacri Concilij dispositionem sess. 25. de reformatione, cap. 9. in primis: ut igitur, quod est etiam de iure Canonico, non potest

A
B
1

triennio libri omnes, & scripturae rationis remaneant Donis: ex quibus pro parte ipsorum hanc secundam partem decisionis impugnabat. Unica enim responsione utrumque obiectum tolli dictum fuit. Quia (vtra quoddam, neque ius commutari, neque pactum loquantur, cum editio fieri debet in lite inter easdem partes vertente) in presenti non queritur, ad quem libri spectent, vel penes quem remanere debeant, & an Doni teneantur tradere Alberto ad. libros apud eum permanentes; sed agitur solum de modo editionis fiendae, ad effectum tantum videndi, tam iuxta dispositionem dictae l. si qua sunt consuetudines, volentis, quod haeres, penes quem instrumenta remanent,

caueat de illis exhibendis, cum res exegerit; quam vigore & conuentionis expressae tribuentis facultatem ministris, di. paterne haereditaria, & capia. semper si occurrat a spese loro, & propterea ad hunc effectum DD. placuit, illos deponi penes Notarium, vel tertiam personam ut supra, qui ibi permanent arbitrio Rotae. Et ita decisum, &c.

ANNO TATIO.

Sequendo hanc decisionem D. mei dixit Beltram. ad d. decis. A. de ill. mem. Greg. XV. 151. quam sequitur Gem. de script. priv. lib. 4. cap. de libro admiss. stratorii. num. 7. & 8. sub decis. 767. par. 4. divers.

FINIS PRIMI TOMI.

